

2137 [= 1837] Vitulani in hortis ante ecclesiam S. Crucis.

D
Q S/I //O
/// // //
/// // //N/
5 /// II/CE/VN
urcena ET CAP///I/A patera
O /// COLV
C /// AN
XX

denique in vetusta platea ecclesiae hoc extare tituli exemplum: D·M | OSSA·P·OPPII·Q·FIL·OPP·NEP·GR | PP·CC·CIN·ET·OSSA·Q·VIEVER. Cum hac recensione coniuncta est falsa n. 232*.

Recognovit Dressel. Petrus Piperno in praefatione citata ad n. 2135; Cassittus ms. additis exemplis duobus.

Piperno sic: D·M | PVB·OPPII·CINERES·MORAN·TVR, colligens inde ecclesiam eam olim deae Minervae sacram fuisse. Cassittus ipse ita dat: ... | O..SA ...I | ... | ... | ... | ET CAL..IA | O... COSIA, addit olim ita lectam esse: D·M | OSSA·P·OPPII | ... | ... | ... | ET·CAL...IA | O...COSIA.

2138 [= 1632 + 1739] fuori il villaggio di Camboli in Vitulano.

protomae viri et mulieris
IBVLEIAE P · SERTORIO
M · F P · F · POL
MATRI PATRI

Galletti apud Marinium Vat. 9126 f. 185; Cassitti ms. Dresselio narravit parochus Campolensis Campoli ante annos XXX in massa S. Nicolai Veteris lapidem repertum esse statuas habentem duas et inscriptionem incipientem VITTORIA·APVLEA.

2139 Vitulani ante S. Mariam capituli Beneventani.

IS · SEN · VIVV

Verusius B. f. 51.

2140 [= 1836] alla pietra di Tocco in agro Vitulano.

FELICIA INFELIX
PONENDVM
CVRAVIT

Descripsit eq. de
Agostini.

XLVIII. SATICVLA? (S. Agata de' Goti).

Titulos repertos ad S. Agathae Gothorum primus saeculo XVI medio proponit una cum Apulis PAGLIA (v. supra p. 2. 27) indeque, sed oppidi nomine suppresso, MANVTIVS. Deinde ab anno inde 1728 Isidorus et Philenus RAINONI curam eorum egerunt et quos repperissent cum Al. Symm. Mazochio Matthaeco Aegyptio potissimum communicaverunt, ex quorum schedis eos excerpsi; in libello enim Phileni Rainoni (*origine della città di Santagata de' Goti* Neapoli 1788. 4. pp. LVIII) frustra eos quaeras. Alios suppeditaverunt FEA in schedis et amicus Camillus MINIERI-RICCI. Consului item, sed fructu vix ullo tractatum LIGVORII de oppido eo editum apud Orlandium *delle città d'Italia* vol. I (Perusiae 1770), item Francisci VIPERELLI *memorie storiche della città di S. Agata de' Goti* (Neapoli 1841. 4. pp. 124 cum auctario pp. 24). — Quos in domo sua intus disposuit titulos Philenus Rainone adhuc ibidem prostantes cum repperissem comparasse eum a scrutariis antiquarum rerum Neapolitanis, in eo capite collocare malui.

Tituli licet pauci satis ostendunt oppidum Romana aetate rem publicam habuisse, cum patrono C. Caesari postea Augusto ibi statua posita inveniatur (n. 2142) itemque decuriones et Augustales nominentur (n. 2143). Antiquum autem nomen quod fuerit cum parum constet, non sine probabilitate Rainonius eumque secuti alii Saticulam ibi collo-

caverunt, quam cum Samnitibus Romani eripuissent (Liv. 9, 21. 22. cf. 7, 32, 2. c. 34, 1; Diodor. 19, 72), a. 441 Latini iuris coloniam eo deduxerunt (Festus s. v. Saticula p. 340; Vell. 1, 14). Oppidum etsi praeterea aliquoties commemoratur (Liv. 27, 10, 8; Stephanus Byzantius s. v.; Vergilius Aen. 7, 729 cum annotatione Servii) et in universum satis constat quaerendum esse in Samnio (Festus l. c. al.) ad confinia Campaniae, cui ipsi a Servio l. c. tribuitur, proprie ubi fuerit pendet ex uno loco Livii 23, 14, 13: *ipse a Casilino Caiatiam* (codd. *galatiam*) *petit atque inde Volturno amni traiecto perque agrum Saticulanum Trebianumque super Suessulam per montes Nolam pervenit*, eaque indicatio apprime convenit oppido S. Agathae. Nam a Caiatia Nolam qui pergit circuitu facto per montes super Suessulam (Arienzo) situs, iter faciat necesse est per S. Agatham Gothorum et Montesarchium. — *Trebia* quae simul nominatur praeterea plane ignota est; certe de *Trebula Campana* nullo modo cogitari potest. Immo expectes pro *Trebia Caudium* nominari, quod fuisse ad Montesarchium infra videbimus. — *Austicula* denique, quam Livius 23, 39, 6 ait ad Poenos defecisse, omnino a Saticula diversa fuit; nam neque coloniae Latinae defectionem Livius ita rettulisset et postea quoque Saticulanos invenimus in fide manentes (Liv. 27, 10, 8).

2141 [= 321*] litteris magnis. S. Agathae Gothorum trovata tra le fondamenta del vescovado, rigettata da Titiro Vacarella e dal mio padre fatta fabbricare sotto la chiesa de' frati Minori ISID. RAINONI. Adhuc ibidem al cantone del convento dei PP. Conventuali.

I · O · M
C · O · DI

Recognovi. Philenus Rainoni misit a. 1728 Matth. Aegyptio, qui ed. *lettera al Langlet* (ed. pr. 1738) ed. 1750. p. 53, ed. 1795 p. 161 (ex eo Mur. 1978, 6) acceptam ab Antonino; Isid. Rainoni misit Mazochio; Fea ms. p. 343 qui vidit; Viperelli *agg.* p. 15; viderunt Colonna Stigliano, Bardt, de Wilamowitz.

1 punctum post o dubium est. — 2 inter d et i punctum nullum esse videtur. Fortasse hoc v. significantur tria nomina dedicantis; nam vix admitti potest interpretatio Antoninii (*ceterisque omnibus d(is) immortalibus*).

2142 [= 320*] S. Agathae Gothorum in porticu ecclesiae cathedralis. *Un nostro archidiacono di quarant' anni a dietro fe' intonacarla come cosa gentile, ed io feci stonacarla* RAINONI ad Aeg. 1730. *Sepolto sotto la calcina del vescovado nell' atrio e poi disotterrato dalla detta incrostatura dal dottor fisico Tommaso Bruni* RAINONI ad Maz.

C · IVLIO · C · F · CAESARI
IMP · TRIVMVIRO · R · P · C
PATRONO
D · D

Recognovi. Isidorus Rainoni misit Mazochio et a. 1730 Matthaeco Aegyptio, qui ed. in *lettera al Langlet* (ed. pr. 1738) ed. 1750 p. 53, ed. 1795 p. 161 (inde Mur. 219, 1) acceptam ab Antonino; Liguori episcopus apud Orlandium *città d'Ital.* 1 (1770) p. 117; Rainoni p. X; Donati 457, 8; Fea ms. p. 343 qui vidit; Viperelli *agg.* p. 15. Mea causa descripserunt Minieri Ricci, Colonna Stigliano, Bardt, de Wilamowitz. Orelli 584.

Unicus hic quod sciam titulus est, qui Caesari filio positus sit post susceptum triumviratum ante mutatum praenomen et repudiatum nomen gentilicium et admissam divi filii appellationem. Cf. *Staatsrecht* 2, 726 not. 1. Magni igitur titulus faciendus est, quem olim non recte in suspicionem vocavi.

2143 [= 1870] S. Agathae Gothorum rep. in episcopio RAIN.

AVGVSTALES
L · D · D · D

Philenus Rainone misit M. Aegyptio 3 Mart. 1729; Isid. Rainoni misit Mazochio; Liguori apud Orlandum *delle città d'Italia* 1 (Perugia 1770) p. 118.

Hiatum supra notavi coniectura. — 2 om. Lig.

2143a ad S. Agathae Gothorum, *frazione Fra- giano* in parochia S. Thomae Aquinatis.

pop. VLVs
patr. ONO

Ferd. Colonna Stigliano misit.

XLVII. *Vitolano* (p. 194).ad n. 2136. Pro *Caulano* lege *Cantano*.XLVIII. *S. Agata de' Goti* (p. 196).ad n. 2143a. Pro *Fragiano* lege *Faggiano*.

ad n. 2153. Bianchini cod. Ver. (non Vat.) 359.

XLIX. CAVDIVM (p. 198).

ad p. 198. Monuit Kiepertus iam difficultates omnes sublatas esse novis dimensionationibus; scilicet mappae recognitae docuerunt Montesarchium a Benevento distare non m. p. IX, sed m. p. XII, quot intercessisse constat inter Caudium et Beneventum. Itaque Caudium eo ipso loco fuit, ubi est Montesarchio oppidum.

Apud Polybium 3, 91 qui collocantur in Campania mediterranea ad orientem inter Nolam et Campaniam *Δαύνιοι*, omnino *Καυδῖνοι* sunt, ut pridem observavit Holstenius. Nam Calatia, de qua alii cogitarunt, et parva et Capuae proxima hic locum non habet; Caudium vero aliquamdiu caput gentis fuisse inde efficitur, quod ut Samnites Pentri

et Samnites Caraceni, ita *Samnites* quoque *Caudini* fuerunt (Liv. 23, 44, 13. 24, 20, 4) et quod sive ab iis devictis sive a Caudio expugnato Lentulus cos. a. 479 agnomen adsumpsit (v. *röm. Forsch.* vol. 2 p. 295). Campaniae quod Caudinos tribuit Polybius, aliquatenus inde defenditur, quod tam Caudium quam Telesia comprehenduntur tribu non Voltinia Samnitium, sed Falerna Campanorum; ceterum in talibus optimi quique scriptores non raro errant.

Mea causa Dresselius nuper vallem Caudinam denuo peragravit. Frustra quaesivit tituli n. 2167 partem posteriorem, item n. 2169. 2176. 2181.

ad n. 2164. Dressel recognovit. 3 vere est VOLVIT. — 5 et APVI et APVT lapis admittit.

ad n. 2166. Dressel vidit in foro insertam margini viae; iam non superest nisi v. 1 et extremae litterae v. 2.

ad n. 2168. Fragmentum, quo continentur v. 1—5 extremi, vidit Dressel Montesarchii in foro iacens. — 4 III potius quam III.

ad n. 2174. Recognovit Dressel; litterae pulcherrimae sunt et vetustae.

ad n. 2175. Airolae in pariete oratorii corporis Christi vidit Dressel; descripsit sic:

M · SEMPRONIO
SATVRNINO · AVG
M · SEMPRONIUS · M
N////D/MILRII/
5 P////C////

ad n. 2177. Intellegi vicum Rotondi inter Arpajam et Cervinaram monuit Dressel.

ad n. 2178. Recognovit Dressel. Est in vico S. Martini (a meridie Montesarchii) in muro exteriori hortorum patrum Reformatorum. Emenda sic:

C · CATIO · FELICI
C · CATIVS · C · F
SEVERVS ·
(in muro latet) ET · ALLIDIA urceus
5 HELPIS
FILIO · OPTIMO

ad n. 2179. Non Airolae extare, sed inter Buccianum et Boneam monuit Dresselius, qui non vidit.

ad n. 2184. Recognoscens Dresselius repperit v. 7 BVS·XV·ORIS·XI.

ad n. 2188. Recognovit Dressel. Est basis marmorea extans Airolae in domo Falco. Emenda sic:

D · M
SEX · POMPEIO
ALCIMO · FRATRI
ET · SEX · POMPEIO
urceus 5 DOMITVS · FILIO (in muro latet)
ET · BELLEIAE · RESTI
TVTAE · VXORI
SEX · POMPEIVS
DOMITVS sic

6293 Montesarchii in foro magno in vestibulo aedium quarundam.

POSTVMI · L · S
SYNEROS · POSTVMI · S
AVCTVS · TARONI · L · S
MAG · LARIB

Dressel descripsit.

6294 Varoni prope Montesarchio in via Pini in poste aedium quarundam.

D A · VIBBIO · FELI M S
CI · Q · V · A · XX M
VIBBIA · PRO
CVLA · FRATRI
5 b m F

Descripsit Dressel.